

faciunt.

De  
Oratorio S<sup>ti</sup> Caroli  
sit<sup>z</sup> in loco campestri.

Longè ab hac Vicinia Gorlæ, ad quingentos circiter passus abest hoc Oratorium, cujus erectionis annus ignoratur. Ad honorem, et memoriam S<sup>ti</sup> Caroli fuit dicatum. Unica navis constat, cujus longitudo est cubitorum duorum supra triginta, latitudo decem, et septem circiter, altitudo viginti. Janua in medio frontispicij adaperitur; per eam equo plano ingressus fit. à plano navis supereminet. Capella duobus gradibus è marmore excisis. Sub fornice ea est, ornaturque sacris picturis; pavimentum habet calce arenata stratum. Altare parieti posteriori adheret. Duo gradus marmorei, nec non bradella ad illud ascensum præberit. Duo item marmorei gradus in utrumque Altaris cornu protenduntur ad usum inibi crucem, et candelabra collocandi. In Altari id unum animadversione dignum fuit, aram lapideam ita mensq; insertam fuisse, ut ejus longitudo ad Altaris cornua respunderet. Turris campanilis adheret Capelle ad Aquilonem; Campanula una est; Capelle item adheret

Sacristia ad meridiem, eaque satis ampla; tegitur opere concamerato; sternitur arenato; in reliquis satis convenit cum instructionibus Sanctę mediolanensis Ecclesię; Situla ad manus Sacerdotis ablucendas desideratur.

In hoc Oratorium convenire solent Confratres Sani Sacramenti ad horarias preces persolvendas. Rēy Carolus Gallus administrator debet capere libras octo supra nonaginta, denarios sex.

De  
Oratorio S. Joseph  
sitę in loco appellatę i Boschetti.

In loco appellatę i Boschetti nuperrimę sub Anno scilicet 1736. a fundamentis excitatum fuit hoc Oratorium, atque in honorem Divi Joseph simplicis benedictione dicatum. Id totum sub fornice est, ornaturęque opere plastico nec non inelegantibus picturis. Navis quę una est, latę panditur cubitis 13. uncijis octo; longę 24., altę 10. Pavimentum lateritium. a plano Oratorij ad Capellam uno gradu marmoreo, a plano Capellę ad Altare per gradellam ascendimus. Cancelli valvulis destituuntur. Tabula, quę Icon Altaris est, exhibet imaginem Divi Joseph. Sepulcrum videre est addictum Confratribus tit. 31

mortis, et orationis; Sidem diebus festis in hoc oratorio congregantur pro recitatione officij, alijsque peregrandis, quæ sui muneris sunt.

In summitate Oratorij attollitur parva turris ad usum campanæ, sed ea desideratur. Sacristia ad meridiem extructa jungitur Oratorio; tegitur laqueari; arenato constrata est. Armarijs, et sacris suppellectilibus dotati apparatu satis instruitur. Quin imò alterum ex armarijs etiam iuxta stipitem Altaris adherere fecerunt. Situla tamen ad lavandas manus Sacerdotis deest.

Jacobus Moneta Thesaurarius hujus Oratorij debet libras 6s. solidos 9.

De  
Oratorio  
Satorum Vitæ, et Valeriæ.

Oratorium istud existere de jure patronatus P. D. Canonicorum Basilicæ S. Ambrosij Mediolani asserit Ven. Parochus. In loco campestri positum fuit antiquitus, adeo ut et erectionis ignoretur annus, et enormes rimas agens ruinam minetur. Unica navi constat, quæ longè excurrit cubit. 16, latè sex, uncijs sexdecim; altè decem, uncijs itidem sexdecim. Pavimentum arenata calce stratum.

Tectum inferius tabulis, et contignatione suffultum.  
 A plano Oratorij duo gradus lateritij ad Capellam, a  
 plano Capelle lignea bradella ascensum. præbent.  
 Cancelli: trabulis carent. Supra Altare visitur in  
 tabula martyrium Sctorum Vitalis, et Valerij. Sa-  
 cristia deest; Sacra Suppellex vix. sufficit. pro re di-  
 vina peragenda.

De

Capellis,  
 in quibus missa non celebratur.

Adest Capella ejusmodi secus viam muro septa, et  
 in frontispicio clathris ligneis munita. Inibi in  
 pariete depicta visitur imago B. V. Mariæ. Distat  
 hæc Capella ab Ecclesia parochiali passus tercentum.

Decreta condita

Pro Ecclesia Parochiali S. Mariæ in  
 Cælum Assumptæ Loci Forl. Majoris.

Venerij Parochus describens baptismata ne adhibeat  
 hæc verba legitimi matrimonij, sed hæc = legitimi  
 consorti = juxta normam à Nobis emanatam.

Longitudo sacri Lapidis inserti Altari S. Margari-  
 tæ circumversus, et Sacerdotem celebrantem conver-  
 tatur.

Restituatur mos ille antiquus sepeliendi cadavera aut in Cimiterio, aut in Sepulchris extra ipsam Ecclesiam effosis.

Ringæ in fornice, et parietibus Capellæ B. V. Mariæ observantur.

Ventily Parochus paret ephemeridem, in qua Sacerdotes Officij interessentes manu propria se interfuisse, ac celebrasse tali die testentur.

Clericus Eudentius Mochettus titularis missæ quotidiane institutz à nunc qm Bernardino della Croce ad Altare majus hujus Ecclesie, neglexit celebrationem Missarum plusquam quatuorcentum à die pp. Februarij 1752. usque in presentem diem. Itaque exhibeat idem Titularis documenta in Cancellaria, cur supradictas Missas celebrari non curaverit.

Recognitâ summâ librarum 412. 4. 3., quas favore hujus Ecclesie expenderat Pater Parochus Florindus, et etiam recognitâ summâ librarum 31. 10. 6., quam Ecclesie solvit vob: Marchio Carolus Terragus, ut ex singraphis nobis exhibitis, idem vob: Marchio debitor remansit Ecclesiam versij librarum 186. 5. 3., quæ sunt reliqua partij librarum 630., quas penes eum deposuerat idem Parochus Florindus usque ab Anno 1743. die pp. Tlij,

quasque implicare opus erat ad Ecclesie proventum.  
 Jam vero ut appareat summa, quam debent ij,  
 qui ejusdem bona anno 1743., et alij retro actij ad-  
 ministrarunt, mandamus ad nos administrationij  
 libros mediolanum deferri ad hunc finem, ut tabu-  
 lis dati, et accepti perspensis ij, qui debitores appare-  
 bunt, compellantur ad restituendum Ecclesie capi-  
 talem summam librarum 700., que anno 1741. die  
 11. Augusti repetita fuerunt in manu qm. Jacobi  
 monetę, penes quem contractu census extabant  
 implicata. Veni igitur Parocho sollicitę curare hu-  
 jus nostri Decreti executionem precipimus.

Pro  
 Oratorio Sti Caroli.

Petra sacra ita dirigatur, ut ejus longitudo ad poste-  
 riorē, et anteriorem Altaris partem respiciat.

In Sacristia ponatur saltem situla ad manus  
 Sacerdotis abluendas.

Pro  
 Oratorio Sti Joseph.

Armariola è stipite Altaris removeantur.

Adsit situla in Sacristia ad lavandas manus  
 Sacerdotis.

Cancelli muniantur valvulis.

Cum primum per facultates licuerit inter Capellani, et Populum erigatur Crux, et Imago Senæ Cristi velo rubro circumornata.

Pro

Oratorio

Stum Vitæ, et Valeriæ.

Saqueata contignatio reficiatur.

Rimæ in parietibus Capellæ diligenter obstruantur.

Cancelli muniantur valvulis.